BIBLIA VETERIS TESTAMENTI (PARS)

Deutschland (Sachsen ?), 2. Hälfte 13. Jh. Seite 71v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift



et portabit iniquitatem suam. Factum
est autem cum essent filii israel in solitudi
ne et inuenissent hominem colligentem
ligna in die sabbati. obtulerunt eum
moysi et aaron et uniuerse multitudini.
Qui recluserunt eum in carcere. nescien
tes quid fieri eum facere deberent. Dixit
que dominus ad moysen. Morte moria
tur homo iste. Obruat eum lapidibus
omnis turba extra castra. Cumque e
duxissent eum foras obruerunt eum
lapidibus et mortuus est. sicut prece
perat dominus. Dixit quoque dominus
ad moysen. Loquere filiis israel et di
ces ad eos ut sibi facerent fimbrias per
angulos palliorum suorum. ponentes
in eis uittas iacinctinas quas cum
uiderint recordentur omnium man
datorum domini. nec sequantur cogita
tiones suas et oculos per res uarias for
nicantes. sed magis memores preceptorum
domini. faciant ea. sintque sancti
deo suo. Ego dominus deus uester qui eduxi
uos de terra egypti. ut essem uester deus.

XVI

Ecce chore filius
ysar filii caath filii leui et da
tham atque abyron. filii eliab.
hon quoque filius pheleth de filiis ru
ben surrexerunt contra moysen. alii
que filiorum israel. ccc. l. uiri proceres syna
goge et qui ipse concilii per nomina uo
cabantur. Cumque stetissent aduer
sum moysen et aaron dixerunt. Suf
ficiat nobis quia omnis multitudo
sanctorum est et in ipsis est dominus. Cur
eleuamini super populum domini. Quod
cum audisset moyses cecidit pronus
in faciem locutusque est ad chore et
ad omnem multitudinem. Mane
inquit notum faciet dominus qui
ad se pertineant et sanctos applicabit
sibi. et quos elegerit appropinquabunt
sibi. Hoc igitur facite. Tollat unusquisque
thuribulum suum tu chore et omne
concilium tuum et hausto cras igne
ponite desuper thimiama coram domino.
Et quemcumque elegerit ipse erit sanctus.
Multum erigimini filii leui. Dixitque
rursum ad chore. Audite filii leui.
Num parum uobis est quod separauit uos
deus israhel ab omni populo et iunxit si
bi ut seruiretis ei. in cultu taberna
culi et staretis coram frequentia populi
et ministraretis ei. Idcirco ad se fecit
accedere te et omnes fratres tuos filios
leui. ut uobis etiam sacerdotium uen
dicetis. et omnis globus tuus stet con
tra dominum. Quid est enim aaron.
ut murmuretis contra eum. Misit
ergo moyses ut uocaret dathan et abi
ron filios eliab. Qui respondunt. Non
uenimus. Numquid parum est tibi quod
eduxisti nos de terra egypti. que lacte
et melle manabat ut occideres in des
to nisi et dominatus fuerit nostri. Reuera
induxisti nos in terram que fluit ri
uis lactis et mellis et dedisti nobis pos
sessiones agrorum et uinearum. An
et oculos nostros uis eruere. Non ueni
mus. Iratusque moyses ualde ait ad
dominum. Ne respicias sacrificia e
orum. Tu scis quod nec asellum quidem
umquam acceperim ab eis. nec afflixe
is quempiam eorum. Dixitque ad cho
re. Tu et omnis congregatio tua. sta
te seorsum coram domino et aaron
die crastino separatim. Tollite singuli
thuribula uestra et ponite super ea. incen
sum offerentes domino ducenta. l.
thuribula. aaron teneat thuribulum
suum. Qui cum stetissent stantibus
moyse et aaron. et coaceruassent ad